



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Magnum Matrimonij Sacramentum Casibus Practicis
Expositum**


Reutlinger, Ignaz

Augustæ Vindelicorum, 1716

VD18 10508716

Proœmium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40059



PARS III.

De iis, quæ annexa sunt Matrimonio.

PROœMIUM.



D complementum eorum, quæ diximus in præcedentibus, & in prima quidem Parte de iis, quæ Matrimonium antecedunt, videlicet de Sponsalibus: in secunda autem de ipso Matrimonio, ejus proprietatibus, & impedimentis; dicenda supersunt adhuc aliqua, quæ Matrimonio annexa sunt, ita ut consequi vel debeant, vel saltem possint, & frequenter soleant. Non erat quidem ab initio hic mihi animus, quod vellem hisce reliquijs partem peculiarem attribuere, sed constitueram, breviter eas annexare secundæ Parti; viñum vero postea fuit, rem gratiorem Lectori me præstiruni, si Tertiam quoque Partem prioribus adiicerem, tum ne Secunda nimium excresceret, tum quia vidi, adhuc multa superesse, quæ fusione expositionem merentur. Placuit igitur à præcedentibus se juncta in novam Partem compilare ea, quæ neque viam sterunt ad Matrimonium, neque illud constituunt, sed quæ ex eo velut

velut effectus oriuntur, uti sunt mutua, quæ ad se invicem conjuges habent, officia, & obligationes; tum quæ non raro consequuntur, ut Matrimonium rite contractum destruatur, non quoad vinculum, sed quoad torum, & conjugum cohabitationem. Hoc ut clare fiat, dividetur Tertia hæc Pars in duas Sectiones, quarum prima mutuas conjugum obligationes complectetur. Altera Divortium, ejusque causas. Utraque per Quæstiones, Casuque praticos hæc omnia exponet.



SECTIO I.

De mutuis Coniugum Officiis, & Obligationibus.

Ivo genera obligationum consurgunt ex Matrimonio, quæ conjugibus durante hoc statu incumbunt. Unum continet obligationes affirmativas, quæ nempe consistunt in faciendo. Alterum obligationes negativas complectitur. Affirmativæ, quæ arctant conjuges in faciendo, sunt quatuor, Videlicet 1. ut simul cohabitent. 2. Ut sibi mutuo alimenta præstent. 3. Ut liberos bene educent. 4. Ut sibi invicem debitum reddant. Inverso ordine ponitur quarto loco hæc obligatio, quem alias liberorum educatio sibi posceret, quæ debiti reditio.

Yyyy

ditione